Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift

per diem. a negocio perambulante in tenebris. a ruina et
demonio meridiano. Quis est iste timor nocturnus am
bulans in tenebris. nisi temptationes diaboli quas mittit
in dampnificationibus. in detractionibus. in uituperatio
nibus? A timore isto nocturno non timet christianus. quia uitup
erationibus non frangitur. Sagitta uolans per diem potest in
telligi laus humana. que etiam ipsa percutit ut ela ti
tione pereatur. Sed qui scuto illo ueritatis protegitur. nec a
negocio perambulante in tenebris. aut sagitta uo
lante per diem formidabit? Quid est negocium perambulans in
tenebris. Audi negocia que rationabilia uidentur esse christia
nis. et sunt tenebrosa. Nam omne negocium inter ementes
et uendentes conficit mendacium. Nam quod dicebat ille
Dauid. Quia non cognoui negociationem. introibo in poten
tiam dei semper. Semper ille ingerit compendiosa nego
cia. ut anima pecunia decipiatur. Satis negocium
pecuniarum. quod animam inuiscet. et captiuet. Ergo ab
isto negocio perambulante in tenebris. a ruina et
demonio meridiano non timemus. Que est ista ruina.
et quod est istud negocium meridianum. Meridies dicitur quod
diuidat diem. Meros enim pars est diuisa diei. ut tantum
uideatur transire. quantum remanet ad finem diei. uel in centro
celi sol stans. meridies dicitur. Nam cum in temptationibus
inpugnatur a malis christianis anima christiana. pro sua
religione. et pro sua fide. uel si aliqui apostate. seu
pagani insultent ei de religione christi. confusionas